





~~2/1~~ EX BIBLIOTH.  
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.

V-2

SIGNAT. MDCCCXIII.





IN  
**OBITUM**  
**MICHAELIS**  
**WALTHERI,**  
**DOCTORIS THEOLOGI**  
**EXCELLENTISSIMI,**

*XII. Kal. Februarii ob Ioc XCII.*

**Fato Ecclesiae luctuosis-**  
**simo defuncti,**  
**EPICEDIA**  
**ACADEMIAE WITTEN-**  
**BERGENSIS.**



*WITTENBERGAE,*  
*Literis VIDUAE MATTHAEI HENCKELII, Acad. Typogr.*

nummi, atq  
 nus summa  
 lligio, dex  
 is offerunt,  
 plicuit, cum  
 ceret piis  
 i Experien  
 SCHNEI.  
 Principum  
 is sui Senio  
 MICHAEL  
 indolis pra  
 arum par sine  
 M. Consum  
 estisimo con  
 turbato Pat  
 7. v xerato  
 es alios exp  
 nimis vider  
 simam ele  
 n Academi  
 NOTTNA  
 a: filias ex  
 AMALIA  
 cui infelicit  
 i. XVII. Aug  
 mbris die,  
 biali nexus  
 DECILIAE, R  
 heologo Profes  
 njugio videri po  
 IN. FRIDERICH  
 dejectus quidem  
 us pariter hie  
 us est Sponsalia  
 onici Electoral  
 idia Filia, & V  
 jube incompara  
 bus. A latere Ma  
 e cumbenti. Si  
 nti vegetoque  
 que renarret.  
 icati omnis par  
 saluberrima pro  
 hibita & vena  
 decimo elapsi  
 NOSTER, de  
 i, iussu, propter  
 a verbum Dei, in  
 c & qd. cum de  
 elimo, post X.  
 elstem Academi  
 nisi esseretur  
 dum postmodu  
 is fidelissim  
 N. pomerid  
 no reparat



IN  
ORBITUM

MICHAELIS

WALTHERI

DOCTORIS THEOLOGI

ET

UNIVERSITATIS WITTENBERGENSIS

Facultatis Theologicae

anno demeriti

EPICEDIA

ACADEMIAE WITTEN-

BURGENSIS

IN



WITTENBERGAE

WITTENBERGAE







D. M. S.



Vos ejulatus audio tetricos?  
Ecqvem dolorem LEVCORIS  
accipit?  
Vah nuda tundit cor fidele  
EVSEBIE lacerata cri-  
nes.

Et tristis Albis sub glacie gemit,  
Ac pulla vestis sordidat hanc Scholam,  
Materqve tellus pallet extus  
Conscia letiferi doloris.

VVALTHERE, CHRISTI *Serve piissime,*  
Hypocritarum terribilis pavor,  
Hodege sacrorum Juventæ  
Optime nobilioris, atras

Tenestenebras? JUSTITIÆ Tibi  
Præluxit almo lumine SOL SCHILO.

Sed TV caput clarum recondis  
In cineres Libitinæ, & umbras.

VVALTHERE VIVES, *Eusebie* tonat!

Vives per Orbem grandis adorea!

TE rostra Templi, TE Cathedræ  
Insinuant reverenter astris.

Da membra somno fessa laboribus:

Aeterna vero Mens super æthera

Fama volet; Mistus DEOq;

Angelicisqve Choris triumphes!

THEOLOGO INCOMPARABILI,  
PATRONO, AMICO, COLLEGAE

EXOPTATISSIMO

H. M. POS.

GEORGIUS FRANCUS,

Vniversit. Rector, Consil. & Archiater.

A 2

Grabs




## Grab-Schrift.

Der liegt Chrysoſtomus an Reden und Verſtande /  
Durch deſſen Redens-Art die Muſen ganz entzückt /  
Und nach der Bienen Weiſ' auch in dem tieffſten Sande /  
Den rechten Blumen-Safft des Glaubens ſelbſt erblickt.  
Es klagt die ganze Stadt; Es klagt das ganze Land;  
Heut wird die Traurigkeit / und alles Leid verwandt.

Dieſes hat dem Seel. Verſtorbenen zu einem ſonderbah-  
ren Ruhm / denen Hochbetrübtten aber  
zu Troſt aufſeſet

C. S. Freyherr  
von Höym.

 *Fumus durum!* VVALTHERI *Maxima Dona*  
Mandantur terris, intereuntq; piis!  
*O Vulnus durum!* *læduntur pectora noſtra!*  
*Lædimur ad mortes Nos Miſeri enſe necis!*  
*O Tempus durum!* nunc *Mors* inopina VERENDI  
VVALTHERI trahitur per loca cuncta! *Dolor!*  
*O Fatum durum!* quod, *Publica Privaq;* cædens,  
*Maxima VVALTHERI Dona* tuliffe cupit!  
*Publicus en cætus noſter* turbatur ubiq;  
Per Satanam, Vulpis more, Leonis item!  
*Hocce feroxq;* voraxq; *latus Leo*, fortibus *armis*  
Omnibus oppugnans, *dilaceraffe* ſ. udet.  
Aſt aliud *latus*, ut *Serpens aſtutus*, acuta  
*Calliditate* lubens inficit, atqve fodit.  
Hic *dolus*, hoc *robur*, *Satanæ* virtute requirunt  
*Heroes Magnos*, qui *sacra bella* gerant.  
Hos inter VVALTHERUS erat, *Virtute Probatuſ*  
Aſt *Stygii* frater, *Mors*, *necat* enſe VIRUM.  
Dicitur hoc *ingens*, ah *irreparabile damnum!*  
Namqve *Viros tales* non alit omne ſolum.  
*Majus LEUCOREÆ damnum*, per *bis tria luſtra*  
*Quæ Magnis meritis* condecorata VIRI!  
THEIOLOGUM quoq; non minus eſt SANCTISSIMUS  
ORDO  
*Confuſus*, *lugens*, ex *nece*, *damna* VIRI!  
*Integritate* caret, de *prisco vulnere* læſus,  
Cui *Deus iratus* *pharmaca* nulla dedit!  
Ah hodie ſummus regnat *contemptus* in orbe  
THEIOLOGUM, cunctis *vilior* ORDO SACER!  
*Nullos*, vel *paucos* igitur dat JOVA *Ministroſ*  
*Atlantes*, *reliqvos* ad *locatuta* vehit

His



His Verbi famem prædicat *justa Pronæa*,  
Ah oculos *Mundus* si daret *hisce malis*!  
Jam mala non curat *presentia*, nulla *futura*  
Cogitat, in *svetum* vivit ad usque *diem*!  
Adspiciat *facilis DOMINI Clementia Parvos*,  
*Lallantesq;* preces audiat ipse *Pater*!  
Conservet cœtum, mesiq; det usque *Ministros*  
*Fidos*, THEIOLOGOS donet *amore Gregis*!  
Atq; SCHOLAM *Nostram* conservet ab *Ense furoris*,  
Mittat THEIOLOGOS, PROFICUOSq; VIROS!  
Maxima *Damna DOMUS VVALTHERI* luget in *imo*  
Corde; *malum* tantum *nescia lingua loqui*!  
Nam *Mala sunt lacrymis majora Domestica damna*,  
His *lacrymas oculi*, *linguaq;* *verba negant*!  
*Antiqui Regis certissima Verba* probare  
Cogor, dum *lacryma*, *verbaq;* *deficiunt*.  
VVALTHERUS *Meritis MAGNUS*, GENER *Optimo*, Eheu!  
*Mortuus*! ah *Mihi nunc Mortuus*, atq; *Bonis*!  
*Mortuus Ecclesie*, VVITEBERGÆ *Mortuus Alma*!  
*Mortuus est Studiis*, ÆDIBUS atq; *SACRIS*!  
At *Dominus vivit*! *Terris* quoque *GLORIA Vivit*!  
Et *Cælo Vivit*, *Calicolisq;* *Choris*!  
Sed quis erit *VIDUÆ CONJUX*, *PATER* atq; *RELICTIS*  
*NATIS*? JOVA DEUS! cædit *Is*, atq; *ligat*.  
CONJUGIS, atq; *PATRIS*, *partes Hic* repleat *omnes*,  
Nunquam deficiat *Provida Cura Dei*!  
RESPICIAT *Teneros GNATOS*, qui *nesci amara*  
*Mortis*, nec *MATRIS DAMNA*, *PATRISq;* *dolent*!  
*Educat Hos Miseros Cælestis Cura PARENTIS*,  
*Ipsorum DOCTOR* semper *Is esse velit*!  
PATRIS, AVIq;, *VIRUM MAGNORUM NOMINA*

CLARA  
*Plantis in parvis* continuare velit!  
*Exiguum Numerum Benedictio* larga *JEHOVÆ*  
Compleat! *Hic multum crescat amore Dei*!  
*Alter AVI MAGNI Duplicatum Flamen* ab alto  
Possideat, *loco Avi Bella sacrata* gerat!  
*Duplicibus Donis PATRIS AUGUSTINUS*, & *Alter*  
Floreat, & *meritis* crescat in orbe *diu*!  
Hæc sit *BIGA DEO soli sacra*! *Maxima* qui dat,  
Ex *minimis*, *Minimam Hanc Magnificare* velit!  
GLORIA sit *PATRI*! sit *NATO GLORIA*! *SANCTO*  
GLORIA *SPIRITUI*! Sic *Pia BIGA canet*!

ANIMO, CALAMOq; MOESTISSIMO DESIDERATISSIMO DN. GE.  
NERO Debitum hoc Pietatis Officium, Luctu penitus confusus,

P.  
JOHANNES Deutschmann / D.  
B Maxi-



**M**aximusingenio cecidit WALTHERUS,  
acerbè

Flent ideò nostri Tempa Scholæq; loci.  
Omen non faustum est. Nam Sol quando oc-  
cidit, atræ

Incumbunt tenebræ, fit tremor atqve metus.  
Arbiter æternus, sapienter cuncta gubernans,  
Det vigeant nostri Tempa Scholæqve loci!

Ita

*Inopinatum Collegæ honoratissimi  
Obitum*

*ex debito lugebat*

**CASPAR GÖSCHER, D.**

**U**No in GVALTERO tantum VITEBER-  
GA sepulcro

Condit, quantum Orbis nunquam restituet.

**G. MICHAEL HEBER, D.**

**I**Rrita vota cadunt: cultò victurus in orbe,  
Quâ vellent cuncti, lumine cassus obit.  
Pauca loqvar; tristes artes traxere ruinas;  
Mens strupet excusli fulminis iccta metu.

*lugens pos.*

**JO. HENRICUS BERGER, D.**

**C**orpore magnus erat VVALTHHRUS, at indole major,  
Atqve animo virtus dignaqve parqve fuit.  
Scilicet Eusebie meditans habitacula digna  
Naturam majus condere juslit opus.  
Hospitium subiit sic dignum dignior hospes  
Et visa est sedes incoluisse suas.  
Sed breve per spatium; nam machina pulcra fatiscit  
Eusebieqve suos linqvit amica lares.  
Si licet ingenuo conjungere vota dolori  
Arte sit alterius facta ruina precor!

*Obitum Consummatissimi Theologi vehementer  
dolens scr.*

**C. H. HORN, D.**

**VVAL-**



Sicuti fecundo florent in gramine flores,  
Sic quoque mortalis vita beata viret.  
Ac jacet ut mollis subito flos falce resectus,  
Cujuscunqve Hominis sic quoque vita jacet.  
Propterea vano quondam qui floruit orbe,  
Cogitur is marcens sternere corpus humi.  
Ergo nunc animans ecquid mortale superbit?  
Ac quæ promittit splendida regna sibi?  
Cuncta en conturbat præceps violentia fati,  
Subjicit ac mistim cuncta superba sibi.  
Theiologus Noster non isthæc mentem petebat,  
Quæsit potius regna beata Poli.  
Hæc quoque supremo WALTHERUS possidet orbem  
Utitur optatis perpetuoque bonis.

JO. GOTHOFREDUS BERGER, D.

WALTHERI cineres lugens Academia plorat  
Quos tamen in Christi scit recubare sinu.  
Jam pauci restant, quibus hæc conceditur ara,  
Sed modo tu restes, optime Christe, sat est.

CASPAR LYSER, D.

Jammer-volles Wort! Das Marck und Bein verzehret/  
Der Grosse Walthar ist hinweg/ erblaset und todt  
Wird gleich dadurch bey Uns die Freud in Leidt verkehret /  
So lebt die Seele doch in voller Lust bey GOTT.

Gottfried Svevus / D.

Fac. Jur. Assess. Cur. Elect. & Consist. Eccl.  
Advoc. Ord.

Tollitur ecce DEI Mystrarum nobilis heros,  
Se probe qui calamò gesit & Ore Virum.  
WALTHERUS verbò. Lugemus quem atq; præ-  
camur:  
Ut reddat nobis patria terra parem!

Viro solidissimo lugens  
hæc pos.

CHRISTIANUS Zahn /

Circul Elect. P.

Ocubuit nostri præfulgida gloria Pindi,  
Et decus Eusebiæ, deliciæq; suæ:  
WALTHERUS cecidit, schola quem, quem templa requirunt,  
Qui, nisi cum mundo, debuit ipse mori:  
Quique, triumphato toties errore, quadrigis  
Invectus rexit religionis iter  
Hunc plorent Patres, fletus studiosa juvenus  
Misceat: ad cunctos pertinet ille dolor.

B 2

At



At tu, jactatam, NUMEN, submitte, carinam  
Fluctibus in mediis qui Palinurus agat!

*Memorie ac honoribus THEOLOGI incom-*  
*parabilis, debet.*

CHRISTIANUS Röhrensee / P. P.  
Et Elect. Alumn. Ephorus, nec non  
Ord. Philos. b. t. Decanus.

Illius acta canam? quem gloria tradere fastis  
Non dubitat, totiq; insignem ostendere mundo?  
Quas tibi inexhausta suffecerat ingenii vis,  
Virtutes recitem, vastasqve in pectore dotes?  
O quis WALTHERUM Boreas afflayit ab Arcto  
Quæ falx dira necis sternit per secula nomen?  
Victores fortunæ animos, corda æmula divum  
Ipse verecundâ tacitus pietate requiro:  
Rideo opes omnes, numerosamqve agmen honorum.

Georg. Casp. Kirckmajerus.

Acad. Senior.

Astrorum docto signasse in pulvere motus  
Magna TIBI quondam, cura, BEATE, fuit;  
Sed magis illustris TE contemplatio cælum  
Lingvere Et æternum jusfit adire DEUM.  
Nunc tamen ætherea multum divinior aura  
Et propior cælis astra Deumqve videt.

MICHAEL Strauch /

Super. Mathem. P. P.

Vulnere fusuro totum confossa cruorem,  
Filia Sionis, qui superesse potest?  
Diruta Pacifici Montis flet septa, ferarum,  
Queis fremitus robur, nunc genus omne timens.  
Hem! queritur, cecidit, virtus cui nescia vinci,  
HEROS, qui solo nomine fulmen erat:  
Interpres legum divus custosque sacrarum,  
Quo nemo major, concidit ante diem.  
Sic multas uno WALTHERI funere mortes  
Discimus, Et tristes has reputare vices.

Christianus Donati, P. P.

Delicium cæli, pulcherrima Solis imago,  
Auroræ facies, Eusebiesqve jubar,  
Optatos noli subducere mentis honores,  
Ponereqve in tumulo corporis exuvias.  
Indiget heroë hoc agitata Ecclesia tanto,  
Et dudum ingenio nititur illa tuo.  
Cum decus augusti claudis velociter oris,  
Innatat heu nostris plurima gutta labris.

Nec



Nec lacrymas cohibere valet studiosa juvenus,  
Te desideris Te gemituq; vocans.  
Privati non sunt venerando in funere questus,  
Doctrinæ simul heu publica cura ruis.  
Sufficit an fletus? vel cœlo poscimus imbres?  
Nil satis est; cœlum gaudia mille tulit.

*Iea observantiam testabatur*

THEODORUS DASSOVIUS,  
LL. OO. P. P.

**L** Eucori, cur lacerata genas tua pectora tundis,  
Gemituque complex omnia?  
Ducis & Eusebie, suspiria pectore ab imo?  
Peitboque, tristis cur files?  
Dicite, tantorum quæ vobis causa dolorum?

*WALTHERUS heu nunc occidit.*

MARTINUS KNORRE, Inf. Math. P. P.

**WALTHERI** ad bustum lugens ECCLESIA fleuit,  
Ac madido tristes protulit ore sonos:

Heu mihi! cui cathedram toties & pulpita pandi,  
Tam cito sum tumuli pandere jussa fores.

Tempore quod tanto crevit, brevis abstulit hora,  
Quisq; diem dederat, surripit ipse diem.

Ingenio totum vosto qui clauserat orbem,  
Prostratum exiguo nunc capit urna loco.

Ipsaque virtutem visa est jam perdere virtus,  
Musaque cum Domino penè sepulta suo est,

Ad mea non jussi venerunt templa Quirites,  
Magnetem petiit linea tacta suum.

Stabat & attonitus tanto cum Præsidente cætus,  
Hic ubi spargebat dogmata, Pindus erat.

**VITÆBERGA**, Tuò poteras Doctore valere,  
Hoc tamen ereptò nunc simul agra jaces.

ÆTERNÆ MEMORIÆ

PATRONI AC PRÆCEPTORIS SUI

D.

JO. GEORG. NEUMANNUS, P. P.

& Acad. Bibliothecarius

**Q** Vi decus & lumen nostris, WALTHERUS, Athenis  
Extitit, heu! subito contumulatur humo.

Quæ toties arcis templum, cathedramq; Lutheri  
Divis implerunt vocibus ora, silent.

Eusebie hinc plangit, lugentq; Sionis alumni,  
Imo suum Phœbus condit & Ipse caput.

Ex animo ergo precor, Mœstorum saucia corda  
Luctibus in tantis erigat ipse Deus!

Illi sit curæ hæc verbi antiquissima Sedes  
Sacri, & det porrò Theiologos celebres!

JOH. CAROLUS NÆVIUS, D.

C

Heu!



**H**eu! cadit ante diem WALTHERUS, LUMEN in orbe  
ILLUSTRE. Hinc lacrymas fundere quemq; decet.  
Numen ter sanctum soletur pectora mœsta,  
Atqve eadem recreet prosperitate bonâ!

*scr.*  
F. P. Schröter, D.

**H**eu! quam dependent fragili mortalia cursu,  
Quamqve rotâ celeri, qva viguere, ruunt.  
Tristius exemplum virtute ac robore clarus  
WALTHERUS præbet, dum perit ante diem.  
Sed periit minimè: vivit post funera virtus:  
Mens sedet in coelo, Terraqve membra tegit.

Jo. Caspar Brendel / D.

**S**Er Seelge lebet noch / im Freundt und Freundes Herz  
Weil seine Schutzbarkeit der Todt bey uns vermehrt/  
Der Nach-Ruhm ist der Lohn / vor seinen Sorgen Schmerz/  
Den Zeit/ Bliß/ Hagel/ Sturm kein Donner nicht verfehrt;  
Nur wolle süßer Trost zum Thranen fallen bey/  
Daß solcher rauer Nord/der diesen Winter bläst  
Die sichere Freuden Post des Himmels Frühling sey/  
So blüht was jetzt verwelckt / und bleibet unverwest.

Der Hochleidtragenden Hochansehnlichen Waltherschen  
Familie setze dieses höchst mitleidend  
hinzu/

Jo. ZACHARIAS Krause / D.

**S**o! Theurer Walthher Dir man GrabeSchriften ma-  
chen/

Und Leiden umb den Sarg und deine Leiche stehn?  
Will denn dein Geist nicht mehr vor unser Wohlseyn wachen/  
Kan Kunst und Wissenschaft dem Sterben nicht ent-  
gehn?

Dallzu herber Schluß! O harte Donner-Stralen/  
Die ihr ohn Unterscheid auch Geder-Stützen schlägt!  
Ein starcker Pfeiler fällt; Wer will den Schaden zahlen?  
Ein weiser Wächter liegt; Wer ist/der ihn nicht klagt?  
Doch kan des Himmels-Schluß man nicht vor Unrecht nehen/  
Weil dessen Urtheil stets muß wol gesprochen seyn.  
Indessen soll dein Ruhm höchst Seelger helle brennen/  
Es schreibt ihm Jedermann dis zum Gedächtnis ein:  
Den Theuen Walthher wird die späte Nachwelt ehren/  
Und seiner Wissenschaft noch Mausoleen baun;  
Sein unverhoffter Tod wird seinen Ruhm vermehren /  
Und selbst die Ewigkeit Ihm unverwelcklich schaum.

Aus schuldigsten Mitleiden setze  
dieses

P. G. Sperling / D.  
Proh



**P**roh dolor & vitæ tempus miserabile, turbat,  
 Latitium denuo fors inimica malis.  
**W**ALTHERUS summus toto notissimus Orbe  
 Funere perturbat gaudia nostra suo,  
 Et cito semigrans è Sancto pectore Dotes,  
 Delicias cœli, subtrahit innumeras:  
 Occidit heu! noster Præsul pietatis & Atlas,  
 Nostrorum periit gloria, cura subit;  
 Cujus melle fluens infedit svada Labellis,  
 Qvi docuit mira dexteritate, fide.  
 Qvis non ergo Virum tantum Lugebit ademptum,  
 Qvis renuet meritis solvere justa piis?  
 Lugebis quoque Relligio velut orphana Patrem  
 Filia, cum restent mille pericla TIBI:  
 Lugebis Patrem Witeberga & Petra sionis,  
 Nam vix **W**ALTHERUM secla futura dabunt.

*Ita, quâ licet, doloris sui sensum  
 exprimit*

**CHRISTIAN VATER, D.**

**H**unc, quò sospite, se diu futuros  
 Credebant Helicon Sionqve salvos  
 Nunc mœstis oculis vident feretrò  
 Vitali sine spiritu jacentem,  
**V**WALTHERUM puto, gloriam Sionis;  
 Hic, cujus modò nomen eruditò  
 Clarebat Clariis in orbe Musis,  
 Pressus funereò jacet sopore,  
 Eheu! pressus aheneò sopore,  
 Qvi doctissimus audiebat: Ipsi  
 In vivis facili manu libenter  
 Præclaram solidæ vel ipse livor  
 Palmam detulit eruditionis.  
 Ne mirère, quòd omnis ægra luctu  
 Gens, cultrix Heliconis & Sionis,  
**V**WALTHERUM gemat, acriterqve ploret,  
 Cùm mœrens Helicon Sionqve lugens  
 Ipsi tristibus aggemant querelis,  
 Ac desiderio jacentis icti  
 Amissum Decus anxie requirant.  
 Ergò si, studiosa Gens, decenter  
 Hæc fles funera: nil fleas & ipsa.

**MICHAEL GODOFREDUS Ziegler**  
*Medic. Licent.*

IN NOMINE JESU CHRISTI!

**O** Bone, Magne Deus! Vis Tu vastare Lycea  
 Nostræ Leucoreæ? Dum Maxima fulcra refringis:  
 Mox etenim Sophiæ Senior **SENNERTVS** abiit,  
 Alter **SENNERTVS** sequitur Senior Medicorum,

C 2

Mox



*Mox Themides Senior ZIEGLERVS morte peremptus,  
Nunc quoque Theologum subsellia sacra moventur.  
Illorum Junior dum debet cedere sede  
VVALTHERVS noster Magnus, lumeng, Sophorum,  
Theologumque Decus vidit qui fata suprema.  
O Miserere Deus nostri! Servaque Docentes,  
Damnaque tanta leua cum tempore JOVA benigne.*

Condolenti animo scripsit

**M. JOHANNES FABRICIUS,**

Brandenburgo Marchicus, Ecclesia VVitteber-  
gensis Archidiaconus.

**A**ch! allzufrüher Tod! O trauer-volle Zeiten /  
Das unser Elb-Athen auff's neue mus bereiten /  
Ein letztes Ehren-Mahl! Es ist ein halbes Jahr /  
Da durch des Todesgrim Herr Green stund auff der Baar /  
Der hochbegabte Mann! den werd ich nicht vergessen /  
Mit dem in guter Ruh ich oftmals hier gefessen /  
Wie diese hohe Schul selbst Zeugnis geben kan:  
Es steht sein Nahmens-Ruhm längst an den Stern-Althan.  
Nest mustu wieder auch mein Herz betrübt erweisen /  
Und den hochtheuren Mann / Herrn Doctor Walther preisen!  
Allein / wie kan ich doch das grosse Sions-Licht  
Beehren nach Gebühr? ich weis / was mir gebriecht.  
Wann ich die Zeit bedenk / mehr als vor dreißig Jahren /  
Da wir in dieser Stadt gar oft zusammen waren  
In guter Einigkeit / wie auch hernach geschehn:  
Wie schmerzets mich / das ich nicht kan Jhn länger sehn!  
O unverhoffter Fall! O Jammer-volles Scheiden!  
O Schad! O immer schad. Ach mus ich leider! meiden /  
Die werthste Gegenwart / die allzeit mich vergnügt  
Ich mus zu frieden seyn / weil es Gott also fügt  
In dessen soll die Treu in meinem Herze blühen  
So lang ich werde nach - aus diesem Leben ziehen.  
Ich traure wie ich soll in dieser bösen Welt  
Wenn mir ein Herzens-Freund ganz unverhofft entfällt.  
Die Seele ruhe wohl in lauter Himmels-Wonne /  
Sein Nahme bleibt allhier / so lange wird die Sonne  
Noch auff- und nieder- gehn. ich bleib ihm stets verpflichtet /  
Bis ich Jhn schaue dort vor Gottes Angesicht!  
Solches schrieb mit betrübter Feder seinem hochgeehrten Herrn  
Schwager und Bevatter zu letzten Ehren  
M. Jeremias Deutschmann.

**S**eeligster! Dein Todt schlägt unsre Herzen nieder /  
Das wir nun wiederumb ietzt singen Trauer-Lieder  
Und zwar so unverhofft: wer hette das gedacht /  
Das du so bald zur Ruh soltest werden hingbracht?  
So ruhe sanft und wohl in deiner Grabes-Kammer /  
Es hat nun auffgehört Verdruß und aller Jammer;  
Ergöze dich an Gott. Wir fassen diesen Muth /  
Das wir auch kommen werd'n zu diesem selgen Guth.  
Zu letzten Ehren schriebs  
M. Johannes Hartung.  
Finde



**F**Unde pios gemitus, Viteberga; & cede dolori!  
Nam cecidit Sacri Gloria summa Chori.  
Contristor meritò: simul ac meliora præoptans  
Fata, Virum ut doctum surroget, oro DEUM!

*Pietatis causâ fund. lugens*  
M. G. Schimmer / DIAC.

**P**ostquam vitales jam morte reliquerat auras  
WALTHER, Pieridum Sionidumque Decus,  
Cum Duce Pierius Grex tunc lugubre gemebat,  
Tàm Consummati fata suprema Viri,  
Respexitque simul, propius quæ mœsta sedebat,  
Eusebien & ait: Tu quoque vulnus habes,  
Et tristi premeris querulò sub pectore luctu:  
Sqalet cum nostrò nunc Helicone Sion.  
Quando cessabit viduare Salutifer orbi  
Regnator Doctis hæc juga nostra Viris?  
Cum videam simili reliquis occumbere fato  
Doctos, illud adhuc corde gemente precor:  
Respicias nos Magne Deus, reddasque Sioni  
Doctrinâ celebres & pietate Viros.

M. GEORGIUS DAVID Ziegler/  
*Ord. Phil. Adjunctus*

**S**ic, heu, Dive PATER! Sic, O Venerabile Pindi,  
Lumen! sic PATRIÆ Gloria Summa, cadis!  
Ah cadis, & nostrum turbas Heliconæ querelis;  
Mors TUA vel Saxis flebilis esse solet.  
TE sine nil letum nobis, nec amabile quicquam;  
Delicias mundi sustulit una DIES.  
Ipse Ego nunc TUA mane novò, TUA vespere serò  
Tristia lugubri Funera voce canam.  
Salve, Theologici Fax Illustrissima Cœli,  
Et nunc Æternò Lumine funde jubar!

Hæc

Lugens appon.

M. Abraham Henricus Deutschmannus,  
*Fac. Philos. Adjunct.*

**Q**uid video? heu miserum! WALTHERUS morte  
peremptus!  
O! gemat O! cœtus purior, & doleat.

Fractus dolore, & lassus ex itinere deproberabat, infi-  
nitis Summo Theologo obstrictus beneficiis

M. Jo. Hieronymus de VVEDIG,  
*Fac. Phil. Adjunct.*

**W**ALTHERUS moritur; deplorat doctior orbis,  
Expendit sua damna Ecclesia purior; eheu!  
Acceptam cladem persentit Leucoris alma,  
Ah! lentit nimum, lugens hinc carmina fundit.  
Grande decus fueras nostri, WALTHERE, Lycæi,  
Unica delicias nostras sed sustulit hora.

D.

Tu



Tu vero, Venerande, vale: salve ætheris Hospes,  
Magnus honos, nomenqve Tuum, laudesqve manebunt  
In terris, etiam postquam nunc sidera scandis,  
Atqve erit invidiâ major Tua fama superstes.

M. ELIAS WEIHENMAJERUS,  
Fac. Phil. Adj.

**I**ch bin ein Rohr von Angst bewegt /  
Ein Ball / den das Verhängniß schläget /  
Ich weiß nicht was ich klagen soll /  
Mein Herz ist ohne Trost / mein Mund ist Seuffzer  
voll.

Gleichwie ein Sklav erschrickt / wenn seine Fessel klingen /  
So fürchtet sich der Geist mein Unglück zu besingen.

Ich bin um alle Hoffnung kommen /  
Mir ist mein Schutzz und Schild entnommen /  
Es fällt mir nichts als dieses ein /  
Ich wünschte halb bey Gott / und halb verscharrt zu  
seyn.

Doch wollte ich mich leicht in allem Unglück fassen /  
Wenn WALTHER seinen Geist mir hätte hiergelassen.

Seinem hochzuehrenden und höchstgeschätzten Tisch- und Haus-  
Wirthe / fürtrefflich- und ganz unvergleichlichen Præceptor,  
und allerdings gewesenem hochgeneigten Herrn und Patron /  
schrieb es

zu Bezeugung treuehorsaamster Ehrerbietung /  
und einer unsterblichen Dankbarkeit /  
mit betrübten / doch Pflicht verbundensten / Gemüthe /

M. Christoff Christian Händel /  
Fac. Phil. Adj.

**M**œsta quidem Patrem prohibent Te fata vocare,  
Et tamen ille mihi, Maxime Doctor, eras:

Orba repentino mecum Tua funera casu

Illustrem plorant integra sæcla Patrem:

Tu vero interea rebus præreptus iniquis

Æternum melius quæris, habesqve Patrem!

Hæc immaturam Incomparabilis Theologi & desideratissimi  
Hospitis obitum lugens, apposuit

M. HIERONYMUS DATHE, Hamb.  
Fac. Phil. Adj.

**L**UCORIS alma dole tot casu tantaqve fata,  
LQvæ sanctum repetita premunt hoc tempore Pin-  
dum:

Nam Decus immortale tuum, tua gloria summa  
Concidit; & miseros homines lucemqve relinquit,  
WALTHERUS pietate gravis virtuteqve magnus,  
Divinus Doctor meritis scriptisqve perennis.

Quem



Qvem genus electum, qvem sancta caterva Jehovahæ  
Est venerata Ducem, qvi summi oracula Regis  
Reddidit & docuit nos omnes verba salutis.  
Hunc inopina Virum tollit violentia mortis,  
Et rapit omne decus Musis, à Numine dictis,  
Abripit illustrem WALTHERUM: ast mitte querelas,  
Numinis æterni semper veneranda voluntas;  
Ut dedit hocce Decus nobis, sic abstulit illa:  
Sit Deus à nobis benedictus tempus in omne.  
Interea Venerande TUAS WALTHERE canemus  
Laudes promeritas, tollet super æthera famam  
Magni WALTHERI soboles; quam summe Jehova  
Serva & WALTHEROS nobis modo redde, precamur!

*Pietatem sanctis restitutus M. WALTHERI manibus  
deprop.*

M. Johannes Balthasar Beyschlag,  
Hallis-Suevus. Ord. Phil. Adj.

Scriserat Hungaricis STELLERUS nuper ab oris,  
Qvi miser in tenebris lumine captus agit:  
Adsignes DEUTSCHMANNO, WALTHEROq; salutem  
Ex me, subjungens talia vota simul:  
Hocce VIROS MAGNOS salvos conservet in annos  
Qvam multos Numen, Splendida fulcra Chori!  
Sic porrò faveant afflictis sintqve Patroni,  
Atqve favore levent & mala nostra suo.  
Hæc ego cum meditor bona verba referre PATRONIS,  
Propositum turbat fors inimica meum.  
Corripitur Celebris morbo WALTHERUS acuto,  
Qvò prostratus, adit regna beata poli.  
Non unam magni causam mæroris habemus:  
WALTHERUS recidit! grande doloris onus!  
Deplorant LUMEN Patres, Ecclesia FULCRUM,  
SIDUS, Amicitia Clara Corona, dolet.  
PATRONUM plures PRÆCEPTOREMqve fidelem  
Heu! mecum lugent, quem cecidisse vident.  
Per tria lustra Tuo pendebam gnævus ab ore,  
Tu mihi Præceptor, Tu Benefactor eras.  
Præmia, nil dubito, DOMINUS Tibi contulit ampla,  
Qveis Benefactores is decorare solet.  
Ille TUIS faciat benè, quos nunc deseris orbos,  
Exhilaret clemens tristia corda, precor!  
Tu VENERANDE SENEX, nivis splendore coruscus,  
Cui GENERI Casus Vulnere magna tulit:  
Fer patienter onus, summi quod dextra JEHOVÆ  
Imposuit: Vivas sospes in orbe diu!  
Donec ad optatos Collegas, utpote CALOV,  
MEISNERUM, QVENSTEDT, Tuqve vocandus eris.  
Sic post sudores tot præclarosq; labores,  
In calis letus præmia larga feres!

Apposuit pulla lugensqve Musa

M. GEORGI MICHAELIS,

Hungari.

D 2

Uch



**A**ch unverhofftes Leid von dem erzürnten Himmel?  
 Der mit den stärcksten Knall an unsre Pfosten schlägt.  
 Ach! was entstehet nicht hierüber vor Getümmel?  
 In dem das ganze Haus die schwarze Traur anlegt.  
 Nun überfället mich ein gleich getheiltes Schrecken/  
 Dafür ich nirgends wo mich recht zu lassen weiß.  
 Ich sehe mich zwar umb nach Trost an allen Ecken;  
 Doch wird indes mein Herz von vielen Zähren heiß.  
 Sonst pflegen Eltern noch die Kinder zu verwahren/  
 Wann sich ein Ungemach umb ihre Glieder schlingt/  
 Ich armer Waise kann das Glück nicht erfahren/  
 Weil man den Vater auch nunmehr zum Grabe singt.  
 Wo bleibt Mutter Trost? wo bleibt Vaters wissen?  
 Wo bleibt Mutter Treu? wo bleibt Vaters Rath?  
 Ich dachte mit der Zeit viel gutes zu genieffen/  
 Weil meine Kindheit schon umb ihre Gaben bath.  
 Ach solte dieser Fall mir denn nicht Schmerzen bringen?  
 In dem nun alle Huld mich umb und umb verläßt  
 Ach solte nicht ein Schwert durch meine Seele dringen?  
 Weil ich vom Unglücks Joch werd' all zu hart geprest.  
 Doch Gott der mich verwundt/der wird mich auch verbinden/  
 Ob Eltern Liebe gleich wird in die Grufft gesenckt  
 So will ich mich dennoch stets auff denselben gründen/  
 Der arme Waisen liebt / verforget und bedenckt.


Mit diesen betrauret den seel. Herrn Vater  
 sein ältester Sohn von 5. Jahren

Johann Christian Walther.

**W**eil eine Thränen Fluth aus vieler Augen quillet/  
 Und sich ein tieffes Leyd in unserm Hause findt;  
 So wird mein Thränen Maas zu gleicher Zeit gefüllet/  
 Weil alle Schmerzen erst bey mir verdoppelt findt.  
 Raum hatte meinen Leib das Sonnen-Licht besfrahlet/  
 Als man die Mutter schon zum finstern Grabe trug:  
 Nun wird dem Vater auch der Todten Sarg gemahlet/  
 Nach dem das Ungelück gedoppelt auff mich schlug.  
 Ich ward ein Schmerzens Sohn / nun werd ich keine Waise  
 Eh' noch mein lallen sich in Trauer-Fälle schickt.  
 Doch sind unmündige dem frommen Gott zu Preise?  
 So wird mein kläglich thun in manches Herz gedrückt.

Hiemit solte sein Kindliches trauern über den frühen Tode  
 des seel. Herrn Vaters zu erkennen geben sein jüngster  
 Sohn von 3. Jahren

Augustin Friedrich Walther.





Mag. VI 9

[= Occasionalia vol. 3  
= Funeralia S - Z]

VD17







IN  
 OBITU  
 MICHAELIS  
 WALTHERI,  
 DOCTORIS THEOLOGI  
 EXCELLENTISSIMI,

*XII. Kal. Februarii clb Ioc XCII.*

Fato Ecclesiae luctuosis-  
 simo defuncti,

EPICEDIA  
 ACADEMIAE WITTEN-  
 BERGENSIS.

